

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Canonicatu, qui instar est trium vicariatuum : concedat capitulum æquitatem petitioni nostrorum duorum collegarum & meo consensui. Vides, quid illi perant & quid ego postulem. Te arbitrum facio, annon æqua sit mea intercessio. In quo arbitrio rogo te, ut meæ petitioni satisfacias, cum propter meam autoritatem, tum etiam tuam, qui es custos. Vale, mi Doctor Tuppi. Northemii, 7. Junii, Anno 1582.

Joan. Sturmius, Præpositus & Rector.



LXIX.

Eidem Tuppio.

Multo vobis equos, ut Capituli curru utamini, si ad me venire constituis-
 & si vobis hodie placebit & vacabit, venite. Sin minus, auriga mihi
 ligna adferet, ut ne frustra venerit : remittam autem illum vel cras vel peren-
 die, vel ad eum diem, quem mihi constituuetis. Scribo ista, quasi venturi sitis
 ad me, ut ne ego votum meum violem : si omnino vultis me istuc venire, de-
 flectam in Ingolsheim in arcem in ædes Nicolai Migii, si me de vestro consilio
 & proposito certiolem facieris : sed in tempore, ut ego Miegium præmoneam.
 Vale, mi Domine compater. Northemii, 10. Aprilis, Ao. 82.

Joan. Sturmius.



LXX.

Eidem.

Ignosce, mi Doctor Tuppi, compater, quod mea manu non scribam pro-
 pter visus imbecillitatem. Scripsit enim hæc scriba meus ad Lucernam me
 dictante. Causa non opus multis verbis habet, quam ex Pleidnero, qui has
 reddet, intelliges. Peto utæi fidem habeas & oro, ut quod à te peto, me ad-
 juves consilio tuo & opera tua. Lapidum commiseris, quicquid huic dixeris.
 Peto, ut facias, quod te facturum confido, & quod nuper mihi promisisti. Vale,
 mi Domine Compater. Northemii, 13. Octobr. Ao. 81.

Malim hæc tibi præfenti dicere & habeo, quæ tecum conferenda puto. Sed
 fortassis tibi non vacat.

Joan Sturmius, Rector. mea manu.

Uuuu 3

LXX.